Quo pacto in futuris Comitijs Augustanis articulus de Religione tractari, componiq.
Et inuentium Sectarum grauamina declinari possit, sutq. diq. bona quidem intentione
ponderatum Consilium.

Siquidem ex omnib. antactis conatib. de dissidijs in Religione componendis facile coniectura fieri potest
quod quemadmodum, et temporum, et hominum (quorum ad id negotij opera est requisita) se habet ratio
concordiam penitus, et in universum inijj vel procurari posse, sed bene sperandum est: sed et de
colloquijs nationalib. vel Concilijs universalib. vel huiusmodi alijs conuentibus frustra fit sermo. na
sine medijs, et rationibus quid commodi sectanus sanguinem sit, et quantum Christianos animi
disiuncti, et magis, magijq. inter se mutuo exacerbati, quaeq. interim nouae disputationes excitatae
sint, experientia docuit. Postrequam vero praecipui articuli nostrae Christianae Relig.nis scilicet
Augustanae Confessionis, verbi gratia, articulus iustificationis peccatoris coram Deo: Sacramenti con-
poris, et sanguinis Christi: Coniugij Sacerdotum, permultis in locum publicij scriptis, ex pplica
et Ap.ca doctrina fundamentis, ita sunt declarati, quod his Aduersarij nostri nihil firmi opponere
valent. Imo de sinu iamnunc aliquanto Christianius quam prius fierant, sentiunt, docent, et
praedicant. Futuris itaq. Comitijs ei contendendum fore, ut veteris Religionis status, articulos
iam enumeratos comdocent, et admittent.

Primo quidem ut Articulus iustificationis in hunc modum, ut ipsius sensus, et mentio est in Aug.ta confess.
quae Imp.ri Carolo Laudatissimae recordationis, Anno 30.mo exhibita est, ubiq. posset doceri, et praedicari
quemadmodum eum, et quosdam alios articulos, Georgius Princeps Anhaltinus Praepositus Magde-
burgensis, item Episc. Mersburgen. Sidonius Suffraganeus Moguntinus, et Frus, quondam, nunc
vero Caesareus concionator, qui est Episcopus Viennen. Item Citardus una cum Ferdinandi Archiducis
et Henrici Ducis Brunsuicensis concionatoribus, tum scriptis, tum pro concionibus usurpant, adeo quod
haec res cum Augustana Confessione non utique adeo diuersa est.

Secundo, ut omnibus liberum esset sacramento Eucharistiae in utraq. specie, quemadmodum hoc a Christo insti-
tutum est, uti suiq. quibuscunq. vero hoc sub altera tm magis placeret, suae apud Deum rationi relinqueret.

Tertio, ne Spiritualium, et Sacerdotum Coniugium condemnetur, verum illis qui donum castitatis non habent
nil ducere, nil retinere ductas uxores licitum.

Hinc porro cauendum ne quisquam istorum articulorum, et communiter utriusq. Religionis causa, nemo
sive Spiritualis, sive Secularis, poena priuationis bonorum, reddituum, beneficiorum, nil exilij graueretur.
Ad Relig.nis concordia hoc modo pacta, in posterum firma, et immutabilis permaneat, atq. conseruetur. Ne
autem Spiritualis Clerisis et status circa ullam proinde suorum proventuum, et iurisdictionis diminution